



CLARISSIMO,  
EXCELLENTISSIMOQUE VIRO,  
D. IOHANNI SCHRÖDERO,  
PHILOSOPHO ET MEDICO APVD  
FRANCOFVRTENSES FLORENTISSIMO,

CAROLVS SPONIUS D. M. Lugdunensis  
S. P. D.



IR EXCELLENTISSIME,

*Summam esse Medicamentariae praestantiam,  
summam necessitatem ad fragilitatis humanae sola-  
tium, res ipsa loquitur: quo fit ut innumeri fere*

*Scriptores tum veteres, tum novi, itaque omni exceptione maiores,  
eam passim deprecare, suisque insignire elogijs non dubitarint,  
quae cum plurima sint ac varia, ceteris in praesens silentio preteri-  
tis, duorum saltem apprimè memorabilium non possum non heic  
meminisse, quae ab auctore Epistolae ad C. Iul. Callistum, expo-  
nuntur. Horum primum est, Medicinam artium sacratissimam,  
non tam à medendo, quàm à potentiâ effectûque medica-  
mentorum, ita appellatam fuisse. Alterum, Medicamenta  
opportune adhibita, Deorum immortalium manûs jure merito*



EPISTOLA

Lib. 6. nuncupari, quod ipsum Galenus quoque observat.

κατ.  
τόπ. iam vero quod alicubi dixit Peripateticorum Princeps, videl.

c. 3. 9. Animæ quodammodo plena esse omnia; necnon quod Poë-

1. tantum maximus cecinit: Iovis omnia plena muneribus: Idem

Lib. 3. nobis etiam super laticâ materie non immeritò pronuntiandum

de ge- venit, Omnia nimirum medicamentis referta esse; quandoquidem

ner. a- triplex Nature operum ordo, Stirpium inquam, Animantium

nim. c. atque Mineralium, abundè illa suppeditat, ex quibus ingeniosè

ult. Phytologiam, Zoologiam & Mineralogiam extruxisti,

Lib. 4. pharmaca exhibentes βοτανικά, ἰατρικά, καὶ ὑστατικά, ut Plutarchi vo-

Symp. cibus utar. Reliquis autem Pharmacia partibus antiquior fuisse vi-

9. 1. detur Botanice; unde Seneca, Medicinam quondam pauca-

Epist. rum fuisse herbarum scientiam, affirmat, sive Chironem dica-

95. mus ejus repertorem fuisse, sive Apollinem & Æsculapium, sive

Plin. 1. quod longè credibilius videtur, max cum ipsis hominibus initium

7. c. 56. & 1. 25. sumpserit, ex nature instinctu ad experiēda auxilia contra tot mala

6. 2. ingruentia pedetentim progressis. Quicquid sit, medicamentorum,

inprimisque rei herbaria cognitio, si rectè rem aestimes, antiquissimè

est, unòque & eodem partu (nè fallor) cum Chirurgiâ, cœu dextra

ac sinistra eiusdem corporis manus, in lucem emicuit. Mineralia

quod attinet, putà terras, lapides, gemmas, metalla denique ipsa

(de Animalibus idem dictum volo) horum omnium usum seu in-

ternum seu externum amplexi etiam fuere ab ultimâ usque memo-

riâ celebriores quique Physici ac Medici. Quemadmodum enim,

In Sa- Arbitro teste, Democritus omnium herbarum succos ex-

tyric. pressit, & ne lapidum virgultorumque vis lateret, aratam

inter experimenta consumpsit: sic & innumeros alios tum

etate priores, tum supares fecisse, minimè dubitandum. Propterea

que Dioscorides, Plinius, Galenus, ceterique primicerij materie

medicinalis auctores, multi sunt in explicandis non stirpium modò

sed



## N V N C V P A T O ' I A .

sed & animalium fossiliumque salutaribus quibusque dotibus : quas omnes Te quoque post illos accuratè admodum scriptis mandare, magnâ tuâ cum gloriâ, minimè piguit.

Quia verò in uno quàm altero terrarum tractu, certa quadam medicamentorum species feliciter produci, vigere, facultatibusque pollere amant exquisitoribus: hinc fit ut modò vernacula, modò exotica; eâque nunc rariora, nunc vulgationa; modò sumptuosa, modò tolerabiliori pretio mercabilia expetantur, alterantia, cathartica, temperata, dyscrata, manifestis occultisve proprietatibus prædita.

Parrò satis non fuit Medicis, tot selectorum simplicium ἀξυλον <sup>ὕλην</sup> præstò habere, nisi etiam debitis præparationibus ad usus medicos singula reducerent, noxias vires, si quas habeant, detrahendo ac emendando; utiles verò, si desint, conciliando: idque vel citra ullam mixturam, vel cum ipsa; unde Composita emergunt medicamenta, plurimis in casibus apprimè exoptata. Ad medicamentorum verò legitimas quas dixi præparationes, præter Pharmaceuturgiam vulgo receptam, plurimum confert artificium Chymicum, meritâ laude nullatenus defraudandum, quam ipsi (ut alios taceam) Clariss. Iacobus Schegkiius, acerrimi ingenij Medicus, hisce verbis largiri non dubitat: In separandis mixtis naturis admodum ingeniosa est ars Chymica, ut digna sit admiratione, & minimè contemnenda aut negligenda Medicis: nam purissima quæque separat à suis tanquam excrementis & quisquilijs quodammodo, seu impuris partibus quibus miscntur, ut hoc nomine in usu medico fiat efficacissima.

Ex dictis, Pharmacopoëtices ipsius amplitudinem, angustamque speciem satis, opinor, datur intueri, quam tamen sinistra quedam ac novitatum avida ingenia pati non possunt placidè frui genuino suo splendore, quin ipsi multifariam obstruere satagunt. Alij enim Medicinam omni medicamentorum usu spoliare tentant,



A P I S T O L A

tentant, quos spernendos esse, rectè docet suprà laudatus Epistola ad C. Aul. Callistum conditor, quandoquidem sine pharmacis, iisque probè cognitis, οὐκ ὅτιν τε ἐστὶν ἰατρικῶν ὀφθαλμῶν, teste Oribasio. Alii ad ieiunitatem quandam remediorum nos compellere moliuntur, de Officinalium multitudine ac densiori segete, tanquam de gravissima quadam ac permolesta sarcina, pueriliter conquerentes, qualem fuisse Erasistratum prodit Plutarchus, hic enim ceteris omissis, Medicinam consiliter volebat in ptissana, cucurbita, & hydrelæo. Quidam ergò cum Plinio, Peregrina omnia medicamenta proscribunt, vernaculorum autem ἀπὸ τῶν πατρῴων consulant. Verùm heic (ut in Politicis) salus populi suprema lex esse debet, quæ Medicos cogit ad Exotica sæpe sæpius confugere, utpote domi natis præstantiora, scopòque proposito magis idonea. Nostri v. g. in terris benigniora illa Cathartica, Cassia, Sena, Aloë, Rheum, Tamarindi non nascuntur; Hidrotica similiter Sarsa parilla, bagioxylon, &c. sine quibus tamen plerisque egrotantium æquitutò ac feliciter medicari non possumus. Quis ergo ea indictâ causâ iusserit exulare? Quòd si peregrinis omnibus remedijs fuisset interdendum, tanti profectò non fuissent, ut unius aut alterius ipsorum propius visendi atque explorandi gratiâ, in patrio veluti gremio, tam longinquas terrâ marique peregrinationes olim suscepere Pergamenus Archiater. Sunt tamen qui rigidam illam Ἐπιτοχὴν rarias nonnihil mollientes, ex peregrinorum remediorum censu solè iuribus statuunt admittenda; rara verò, sumptuosa & operosa repudiant. Perperàm sine dubio, nisi diorismus adhibeatur. Et si enim ceteris paribus, minùs rara minùsque cara, raris ac sumptuosissis præferri debere in confesso sit: (quo nomine quosdam Neotericos mirat subit, ad variolas, morbillos, febresque purpuratas, Lacrymarum cervinam, rem solorum Satraparum luxuriosæ dignam commendantes, spretis ceteris alexiterijs & cardiacis magis obvijs) Nihil

Lib. 15.  
Colle-  
ctan.  
med.

Lib. 4.  
Symp.  
9. 1.  
Lib.  
24. c. 1.

Lib. 9.  
de sim-  
pl. med.  
fac. cap.  
3.

omni



N V N C V P A T O R I A .

lominus tamen siquem agrorū sibi commissorum attonitā istā per-  
 suatione teneri compererit *Clinicus* ὁχραγίης, ut profore nisi  
 pretiosa non putet, cuiusmodi sunt non pauci, teste *Plinio*: eius Lib. 29.  
 persuasionis præcipua habenda fuerit ratio *Medico*, cui tunc vis c. 1.  
 quædam ac necessitas imponitur ægro morigerandi, non  
 secus ac si tyranni subesset imperio, uti loquitur *Iac. Dale-*  
*campius*, ideoque homini gratificari non renuet, iuxta *Præceptoris*  
 monitum, τοῖσι κερύουσι χάριτες. Erunt fortasse etiam, qui ex ἀλλοιωτικῶν Lib. 6.  
 simplicium familiā libenter amplectenda censeant temperata, Epid.  
 morbisque valentiora; contrā verò eliminanda acria omnia ac sect. 4.  
 præfervida, necnon maligna & venenata quælibet, imò & oc- text. 8.  
 cultis facultatibus pollentia: Insuperque ex *Catharticorum nu-*  
*mero* laudent *Folia Orientalia*, siliquæ *Ægyptiæ atramen-*  
*tum*, *Manna*, *Rhéum*, *Succum rosarum pallidarum*, *Syr-*  
*upum* è floribus mali persicæ, & *Syr.* è *Spina cervina*; cetera  
 verò quæ vehementiora videntur ac moehlica, penitus improbant,  
 utpote *Scammonium*, *Colocynthidem*, *Veratri omne ge-*  
*nus*, *Elaterium*, *Ricinum*, *Euphorbium*, *Laureolam*, *Ireos*  
*succum*, *Sambucum*, *Stibium*. Verum enim verò etiam si  
 fatuar, non ultimam præsidij cuiuslibet laudem esse, si sit utentibus  
 innoxium, cum *Medicus* si non profit, nocere saltem non de- 1. Epid.  
 beat. Interim tamen cum dentur sexcenti affectus rebelles, vehe- sect. 2.  
 mentes, & extremi, his ipsis valentiora esse posse, tum alte- text.  
 rantia quæ sunt indolis temperatæ; tum cathartica blandiora, nemo 50.  
 prudens sibi persuaserit, cum extrema talibus convenire sci- Apb. 6.  
 tum sit divini senis; medicamina autem temperata, ut rectè sect. 1.  
 alicubi *Clariss. noster Casp. Hofmannus*, licet sint πικρῶν, nil Inst.  
 tamen egregij præstare soleant. Quæ etiam ipsa ratio valet in medic. l.  
 negotio benigniorum illorum purgantium, quæ si in morbis urgentif- 4. c. 4.  
 ssmis, v. g. *Apoplexiâ* adhibere cogites, idem feceris cum eo qui leo- 5. 6.



## EPISTOLA

Senec.  
Epist.  
82.

nem subulâ excipere ac conficere suscipiat. Non esse etiam locum omnem in medendo, denegandum malignis aut venenatis quibusdam remedijs, arte prius bellè correctis, multo minus acerbis aut deirentibus, minimè verò omnium occultâ quapiam facultate præditis, cuiusmodi sunt Cholagoga, Phlegmagoga, Cephalica, Cardiaca, Bezgardica, operosiori probatione non eget, quàm illâ Hippoc. *ἄλλοι δ' ἔσθ' ἢ ἰστίς*, quòdque exemplo suo nobis heic præverit ipsemet, locis penè innumeris. Quòd sicuti *ιαλίω* suspecta fuerint, quæcunque è scaptesulis in apricum proferuntur, adeat perennia Hippocratis & Galeni monumenta, videátque quàm frequenter ea usurpaverint. Perpendat etiam mirabiles aquarum metallicarum in morbis deploratissimis effectus, protinúsq; manus dare non verebitur aliter hac de re statuentibus. Chymica præterea remedia à nonnullis infamantur, sed quàm temerè suprâ docui. Denique sunt qui nauseant ad paraturas quasdam Officinales, licèt optime fame, licèt Græcis aequè ac Arabib. diutissimè usurpatas, cuiusmodi sunt Theriace, Antidotus Mithridatica, Confect. alkermes, & Hyacinthina, Elect. Diamargar. Diamb. &c. quas omnes vel pro pseudocardiis habent, vel pro indigestis simplicium farraginibus: adeò ut Censor quidam novitijs, Theriacam pomposum pharmacorum chaos, discordium acervum fermentatum, Andromachi vigilantis insomnium indigitare non erubuerit. Sed cum istarum Compositionum prænobilitum *πολυξενία* varijs in casibus à compluribus retrò sæculis explorata ac comprobata fuerit, neutiquam audiendos arbitror earum obtreçtatores. Adde quòd ipsarum *ἀλυσαι*, Medici fuerint consummatissimi, aut Viri Principes *φιλαδελφώτατοι*, quos tantopere hallucinatos fuisse non est verisimile, ut quisquiliis nobis, officiasque puras putas pro veris Cardiacis obtrudere voluerint, aut miscendi modum ac proportionem ignorâ



N V N C V P A T O R I A.

ignoraverint. Postremò septem sunt Cardiacorū ordines apud Avicennam, ad quorum aliquem, hunc illumve, quacunque in has Compositiones veniunt, pertinere constat. Plura heic nolo adversus morosos Pharmacomastigas addere, qui vel Divam Pharmacopœitice contumulare gestiunt, vel suis detractionibus ipsam, planè uti Deiphobo apud Poëtam factum narratur, de venustate conantur: à quorum hominum præposterâ diancâ quantum discrepes tu, Excellentissime Schrödere, unâ cum probis ac cordatis omnibus, satis publicè declarâsti partu isto tuo Pharmacologico, ὡς μάστιγα σιγαλόντι, qui cum in Lugdunensi nostro aethere, memet auspice ac promotore, παρυσίνοσ μοδò sortitus, dignum aliquem lustricum parentem sibi posceret, mihique illius eligendi designandique potestas à Bibliopôlis, Viris Ornatiss. facta esset, nullus omnino quem tibi anteferrem sese obtulit. Enimverò ut primariam illam Themidis legem taceam, quâ suum cuique tribui sancitur, ipsa illa tua scripta naturali quodam impetu tuum in sinum (ut sic dicam) παρυσίνοσ, par non erat invita aliò ablegare. Denique cum maximoperè in votis haberem te condoceferi, quanta sit mea unius (licet exteri, tibi que hætenus ignoti) de Te aestimatio, imò etiam cum omnibus palam facere arderem, quanto erga te raptus sim Lynge, ob infinita quibus & publicum & me privatim maectâsti beneficia, tam eruditas scilicet tuas lucubrationes candidè impertiendo, non potui cuiusquam aliis, quàm in clyto tuo Nomini, hanc Editionem vovere ac consecrare, quam si te gratâ mente accepisse intellexero, quovis Rege beatiorem parasangis aliquam multis me indicabo. V A L E.

Lib. de  
medic.  
cord. tr.  
2. c. 9.

6. An.  
v. f.  
494.